

# LECTORIS.

**P**LACUIT Præsidi et Collegio,  
novæ inquisitioni subjicere  
*Pharmacopoeiam Londinensem*, quod  
efflagitare equidem videbatur cele-  
briorum medicorum præscribendi mo-  
dus sanior et contractior; exigebat  
præterea institutæ societatis ratio, cui  
mandatum erat hoc officium a Rege et  
regni Senatu, ut publicæ saluti invi-  
gilaret.

Dedecus omnino fore visum est, et  
opprobrium meritum, si ulterius scate-  
ret medicamentorum apparatus incon-  
cinnis et inconditis misturis, quas intu-  
lit primæva inscitia, intrusit venenorum  
metus, aut perpetua suspicio: quibus  
ut obviam irent prisca, fere toti erant  
in antidotorum investigatione, quæ ple-  
rumque superstitiose et aniliter petierunt  
ex oraculis, insomniis, et commentis  
astrologicis; et inani spe freti, anti-  
dota composita efficiendi, quæ singu-  
latim reprimerent cujusvis generis toxi-  
cum,

cum, quicquid contagioni adversari animo effinxerant, acervo adjecerunt. Hinc exolevit medicinæ simplicitas, in-  
valuitque miscendi, augendi, et accumu-  
landi luxuries: Exinde, in nostra tem-  
pora fluxit labes. Nos quantum licuit,  
cumulum amoliri conati sumus, nonnulla  
vero, vi consuetudinis cedentes, po-  
steritati corrigenda reliquimus.

Nulli certe usui esset, singulas im-  
mutationes enarrare; de fine autem  
instituti operis te admonitum volumus,  
nec curæ, nec studio nobis fuisse, Phar-  
maceutices universæ serinia compilare;  
attamen, ni fallat opinio, ditavimus  
affatim Apothecas, non tantummodo  
medicamentorum numero, sed elegan-  
tia, et simplicitate; ut in promptu  
habeant artis professores omnino effi-  
cacia, explorata, minimeque ingrata  
remedia, unde cito, tuto, et jucunde  
sanare possint: honestum hoc curanti-  
bus votum, et laudabile; ægrotis con-  
siliium acceptissimum.

NO-